4

quoꝝ vt magis pateat error et damnatissima secta.
De eorũ pseudo propheta et pestifero seductore Machumeto. longa et
propria texitur historia. tractans videlicet
De eius ortu et natiuitate. De eius detestabili vita et cõuersatione.
De eius prophane legis inicio et promulgatione.
De eius infelici morte et indubia damnatione. Et tandem cõpendiosa
quedã sed notabilis et matura ãnectit machumetice secte et ꝑfidie im-
probatio. vbi multa haud contemnenda inserũtur dogmata. potissimũ
cõtra illam epicureã paradisũ quã ipse Machumet suis p̄dicauit secta-
toribus et promisit. Inde agitur breuissime. De Judeis. Grecis. Siria
nis. Jacobitis. Nestorianis. Armenis. Georgianis. Jndianis. Maro-
nitis. Et eoꝝ omniũ erroribus cerimonijs et ritibus. ¶ Adiũguntur
quoqꝫ cuilibet sue proprie litere siue caracteres quibus vtũtur vel scri-
bendo vel loquendo ipse nationes. ¶ In fine eiusdem tractatus ora-
ciũcula quedã additur miserũ et miserabilem orientalis ecclesie statum
modernũ deplorãs. Sꝫ et disputatio quedã seriosa et grauis cõtra eos/
qui vnũquecꝫ in sua fide. lege vel secta. credũt posse saluari. ¶ Postre
mo de veris katholicis latinis qui ꝑpauci sunt Jherosolimis fit memo
ria cũ lamentatione quadã lugubri. sup desolatione ecclesie dei sancte.
et exhortatione ad principes orthodoxos. eos ad ecclesie fideliorẽ cõtra
ꝑfidos defensionem animando. Cuius rei gratia in calce visio quedã
terribilis Carolo quondã Jmperatori ostensa. annotatur. Ex speculo
historiali Vincentij Beluacensis sumpta.
Jn secunda huius operis pte principali. de scõa agitũr peregrinatione
ab Jherusalem p vastam solitudinẽ in montẽ Synai. ad diuam et in-
clitam sanctãqꝫ virginẽ et martirẽ Katherinã. Cui etiã cõmendaticia
qũedã antefertur p̄faciũcula / sicut et priori. ¶ Deinde ꝓfectionis ipius
ordo et ꝓcessus ab Jherusalem vsqꝫ in Gazera ciuitatẽ. et inde p deser-
tum vsqꝫ Syna describitur. vbi et loca sacra singula in montẽ dei oreb
et Synai ex ordine explanantur et debitis notulis elucidantur.
¶ Tandem regressus ex monte Synai p ortũ balsami in Matharea
villa existentẽ. et p Chayrũ Babiloniã ciuitatẽ sarracenoꝝ potentissi-
mam et maximã. vbi rex ipoꝝ Soldanus residet. et inde per Nylum
paradiseũ fluuiũ nobilissimũ vsqꝫ in Allexandriã quondã gloriosam
vrbem. vnde venecias reditur nauigio / vbi etiã de cõstantinopolitane
vrbis excidio et expugnatione digressiue agitur. ordinata et oportuna
explicat narratione. Et in fine omniũ quedã ponũtur scitu necessaria
hijs qui forte has volent in futuro deuotionis gratia subire peregrina-
tiones. quos fructu multiplici spirituali haud dubium inde ditandos
altissimus saluos cõducat et reducat Amen.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-98/0007
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG